



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia Catholica, Hoc Est Christianae Fidei, Qvam Ad
Salvtem Animarvm Aviti Avgvstae Domvs Saxonicae
Principes, Reges, & Imperatores coluerunt, Gloriosa
Confessio**

Cutsemius, Petrus

Coloniae Agrippinae, 1621

Hermannvs Lucelburg.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11884

adiuuarent partes Rodulphi, & statuerent eum Regem, additiq; sunt eius parti Saxones, & Sæui. Et adhuc clarius de eodem ad an. 1077. Rodolphus, inquit, à Principibus Saxonie, fauentibus Sigfrido Moguntino, & Adalberone VVirceburgensi, Bertholdo quoq; Duce Carinthie in presentia quorundam Romane Sedis Legatorum apud Forchem in Regem eleuatur, & ab eodem Sigfrido apud Moguntiam XII. Cal. April. in Regem ungitur.

HERMANNVS Lucelburg.

MORTVO Rudolpho ann. 1080. Regni Teutonici Proceres Archiepiscopi, Episcopi, Duces, Marchiones, & Comites, conuentu facto rursus elegerunt An. 1081. Henrico adhuc superstitite, Hermannum Lucelburgensem, vt refert idem Bertholdus; Et Albertus Abbas Stad. ad an. 1082. *Hermannus*, inquit, à Saxonibus (quorum maior numerus erat,) *Rex constituitur.*

HENRICVS V.

ILLO etiam defuncto ann. 1088. Henrico adhuc diu superuiuente, filius eius Henricus Quintus, patri excommunicato, impænitentii, incorrigibili bellum inferens, insignia Regni extorquet, sibiq; iam conferri, ac dari postu-